



DISPVATIO IIII.

DE ÆTERNA DIVINI-
TATE SPIRITUS SANCTI, E-
iusque Processione à Patre
& Filio.

THESIS I.

DE Spiritu sancto, tertiâ Divini-
tatis Persona, συζήτημα instituti in
titiò vocabuli Spiritus ὁμωνυμίας atten-
dendam esse statuimus: quâ ignoratâ ad Macedo-
nianorum & Pneumatomachon hæreses proclive
est præcipitium.

2. Missis autem in præsentia iis vocabuli huius
significationibus, quæ rebus etiam creatis & phy-
siois competentes, pro earum diversitate, diver-
sam quoque naturam & qualitatem induunt:
in hoc potissimum Religionis Christiane myste-
rio, Tertiam Divinitatis Personam, longè alio
respectu Spiritum appellari asserimus, quàm
quo omnibus tribus Personis, ratione Essentiæ di-
vine simplicissimæ, vox hæc competit.

3. Neque enim communi duntaxat hæc ratio-
ne, qua Iohan. 4, 24. DEVS, Spiritus esse per-
hibetur: Sed Personali etiam Characterem
sive

-210-